



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. II. Alia argumenta solvuntur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

DE ESSENTIA BEATITUDINIS FORMALIS.

includit ut est quædam essentia seu quidditas,
& sub hac ratione existentia attingitur ab intel-
lectu.

§. II.

Alia argumenta solvuntur.

Obijunct insuper Adversarii : Amori beati-
fico convenit ratio affectionis ultimi fi-
nis: Ergo in eo, & non in visione beatifica, con-
sistit beatitudo formalis. Consequentia pate-
t ex supra dictis. Antecedens vero probatur pri-
mò ex D. Thoma qu. sequenti art. 3. ad 2. ubi ait
tunc ad voluntatem perpertuum spes & amor ... ita &
comprehensio & delectatio. Et infra qu. 1. art. 3. ad
quatenus trunctionem, quæ est actus voluntatis, es-
se ultimum finem, non ut rem quæ ultimè quæ-
rimus, sed sicut aedceptionem ultimi finis; quod e-
stiam reperit qu. 3. art. 4. in fine corporis: Ergo
licet amor sit actus voluntatis, poterit tamen ei
competere ratio affectionis.

Secundò probatur Antecedens: Quidam amor supponit presentiam objecti, non tollit quod in affectione: Ergo cum haec sola ratione à nobis excludatur à conceptu affectionis, fateri teneamus quid sit affectione. Probatur Antecedens: nam visio beatifica supponit Deum intellectui beati presentem per speciem impressam, seu per essentiam divinam gerentem vicem speciei, & tamen est affectione illius: Ergo quidam amor supponit presentiam objecti beatifici, fidam per Dei visionem, non tollit ab eo rationem affectionis.

Terò probatur principale Antecedens: Vi-
fo beataneque est similitudo objecti, nec pro-
ducit similitudinem illius, ut in tractatu de visio-
ne beata fusè ostendimus; & consequenter
Deum non praesentat intellectui beati, nec illum
ad intellectum trahit, & tamen est vere affectio-
nem: Ergo quanvis Deus amor non praesenter,
nec ad te trahat, sed ad ipsum feratur, esse tamen
potest illius affectio.

Quarto, Ideo intellectus aſſequitur objectum, quia intelligens fit unum cum objecto intellegendo. At etiam amans fit unum per amorem cum objecto dilecto: Ergo etiam voluntas ſuum objectum aſſequitur.

Quinto, Ejusdem mobilis est consequi finem vel centrum, cuius est tendere in illud : Sed homo per charitatem tendit in Deum, & meretur beatitudinem : Ego etiam per actum amoris illam consequitur.

Denique probatur idem Antecedens : Beatus formalis est consecutio Dei , ut formaliter est summum bonum , & finis ultimus creaturae rationalis : Sed intellectus non potest consequi Deum sub ratione summi boni & ultimi finis : Ergo in actu intellectus formalis beatitudine nequit consistere . Major pars , Minor probatur : quia intellectus non tendit in objectum rationis boni sed in seipsum .

Huc argumento responderi posset distinguendo Antecedens: Amoris beatifico convenitatio affectionis, primaria, nego Antecedens: secundaria, transfat antecedens, & negatur Consequencia. Esto enim admittetur emus in actu voluntatis salvari rationem affectionis, posse nihilominus defendi in solo actu intellectus confidere adequate essentiam beatitudinis: quia ille solus est prima affectio ultimi finis, omnes beati perfectiones radicaliter continens;

A illa autem operatio constituit essentialiter beatitudinem, quæ primò Deum allequitur, & radicaliter seu causaliter continet aliarum potentiarum perfectiones: Cum ergo actus voluntatis (esto admittamus eum post formam rationem affectionis, saltem secundaria) actum intellectus radicaliter non contineat, nec obfinere possit rationem primariam affectionis ultimi animi non potest etiam constitutre essentialiter formalem beatitudinem. Ceterum cum verè sit, quod ratio affectionis actui voluntatis nul latenus competit.

Respondeo secundò, negando Antecedens. 165
Ad cuius primam probationem, ex autoritate

B) cujus primam probationem, ex autoritate
D. Thomae desumptam, dicatur comprehensio-
nem pertinere ad voluntatem, non elicitivē, sed
objectivē, in quantum sumum bonum, com-
prehensum per intellectum, est objectum volun-
tatis, & ultimus finis, in quo voluntas quiescit.
Unde ibidem in responsione ad 3. ait S. Doctor:
Comprehensione non est aliqua operatio præter visionem,
sed quedam habitu ad finem jam habitum. De quo
nos infra, cùm agemus de dotibus anima bear-

Ad illud testimonium dicendum est, fructu-
nem esse adeptionem ultimi finis, non formaliter,
sed consecutivè, & objectivè: quia conse-
quitur ad beatificam visionem, quæ adeptio est,
illamque habet pro objecto. Vel secundò dica-
tur esse adeptionem, non formaliter, sed comp-
letivè: quia compleat & perficit visionem bea-
tificam, ad quam consequitur ut illius proprie-
tatis; & in iisdem sensibus eadem fructus effulti-
mus finis ut quo.

Ad secundam probationem , nego Ante-
dēns. Et ad huius probationem distinguo Majō-
rem: supponit Deum præsentem in actu primo,
concedo Majorem: in actu secundo, nego Ma-
jorem; & concepta Miñori , nego Consequen-
tiām: nam auctus amoris supponit objectūm præ-
fens non solum in actu primo, sed etiam in actu
secundo, & idea affectio non est.

Ad tertiam probationem dicatur, quod licet
visio beatifica nec similitudo Dei, nec simili- 162
tudinem producat, praesentat tamen Deum in-
tellectui beati, non ut medium in quo, nec per
quod, sed ut medium quo; quatenus ante illam
objectum beatificum non erat praesens intellectui
beati in ratione representati in actu secun-
do, & actu terminantis sui contemplationem,
posita tamen intellectione, actu ab intellectu
percipitur, & actu se illi representat.

Ad quartam distinguo Majorem : quia sit unum cum objecto intellecto , per assimilacionem , concedo Majorem : quia utcunque sit unum , nego Majorem . Similiter distinguo Minorēm : amans sit unum cum objecto dilectio , ratione ponderis & inclinationis in illud , concedo Minorēm : ratione similitudinis & identitatis cum illo , nego Minorem . & Consequentiam .

Ad quintam responderemus, quod licet eisdem
sit mobilis consequi centrum vel finem, cuius
est tendere in illum, non tamen illum debet
consequi & possidere per eandem potentiam
aut virtutem, per quam in illum tendit: nam,
ut supra dicebamus, lapis per gravitatem, qua
est inclinatio ipsius, tendit ad centrum, per
quantitatem vero & per ubi ipsiuntur: avarus
per appetitum moveretur ad querendas pecunias,
& manu percipit & recipit illas: miles etiam
pugnat manu, & recipit coronam in capite. Li-
cer ergo meritum, & tendentia in ultimum fi-

DISPV TATIO QVARTA

nem, ad voluntatem pertineant : ejus tamen consecutio ad intellectum spectat, & sit, ut ita loquar, manu intellectuali.

¹⁶⁵ Ad ultimam probationem distinguo Majorem : ut formaliter est summum bonum, si particula ut reduplicet rationem qua attingitur per confectionem, concedo Majorem: si reduplicet rationem sub qua attingitur, nego Majorem ; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Solutio patet ex dictis supra art. 2. §. 2. in solutione secunda objectionis : ibi enim ostendimus, quod licet beatus per beatitudinem formalem assequatur Deum ut summum bonum & ultimum finem , ratio tamen sub qua illum consequitur, non est ratio boni, sed ratio veri: unde D. Thomas infra qu. 19. art. 3. ad 1. ait quod bonum prius pertinet ad intellectum sub ratione veri , quam ad voluntatem sub ratione boni & apperibilis.

DISPV TATIO IV.

De proprietatis formalis beatitudinis.

Ad questionem 4. D. Thome.

Explícata essentia beatitudinis formalis, consequens est ut ejus proprietates declareremus : illa autem præcipue sunt tres : scilicet amor, delectatio, & impeccabilitas : de quibus in hac disputatione disseremus.

ARTICULUS PRIMUS.

An beati necessariò diligent Deum quantum ad exercitium.

S. L

Quibusdam premisso, conclusio affirmativa statuitur.

Certum est quod beati perpetuo & non interrupto amore charitatis diligent Deum per totam æternitatem. Ita enim ex pluribus Scripturæ locis colligitur, præsertim ex illo 1. ad Corinth. 13. Charitas nunquam excidit, sive prophetia evanescunt, sive lingue cessabunt, sive scientia disseruet : id est exercitium gratiarum & miraculorum, prophetia, usus linguarum &c. immo etiam exercitium virtutum fidei & spei cessabit in celo : at nunquam ibi cessabit exercitium actualis charitatis. Deus enim (inquit Augustinus) sine fine ridebitur, sine fastidio amabitur.

Decivit te lib. ultimo cap. ultimo. Addo quod Scriptura passim afferunt beatos eterna, & nunquam interrupta jubilatione laudare Deum, cique benedicere: Apocal. 4. Nocte & die non habent requiem, dicendo, sanctus &c. Et Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te : At hæc jubilatio continet excellentissimum exercitium actualis charitatis in Deum ; nam illa est congratulatio Deo de infinitis ipsius perfectionibus, & quasi votum & deprecatione ut hæc in æternum illi convenient, & revera convenient ; unde Apo-

cal. 7. Sancti dicunt: Benedictio & Sapientia, honor, virius, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum: Ergo beati perpetuo & non interrupto amore diligent Deum per totam æternitatem.

Solum ergo difficultas est, an talis amor, non solum quod specificationem, sed etiam quod exercitium sit necessarium, ita ut beati non possint à tali dilectione cessare, vel actum illum interrupere ? Scotus enim in 1. dist. 1. qu. 4. al. serit illum esse ex sua natura liberum & continentem ; etiab intrinseca Dei providentia, solente omnia qua possint à charitate diversitatem habeat quod in æternum sit duraturus. Thomistæ vero cum S. Doctore 1. p. quæst. 82. art. 2. contendunt illum esse ex sua natura necessarium quod exercitium, quamvis ab extrinseco & de absolute potentia cessare possit.

Dico igitur : Beatus necessario diligit Deum quod exercitium, ita ut non sit in ejus libertate vel potestate à tali actu cessare.

Probatur conclusio ratione fundamentali: Voluntas, cum sit appetitus rationalis, & requatur duictum ac dictamen rationis, non potest cessare ab aliquo actu, nisi in eo intellectus concipiatur aliquam rationem mali, vel in eius cessatione aliquam rationem majoris boni: Sed nullum horum potest judicare beatus de amore Dei : Ergo non potest ab actu amoris cessare, Major patet, Minor probatur. In patria autem amoris est jucundus & facilis ; cum charitas in patria sit veluti in suo centro, utpote conjuncta cum clara Dei visione, & regulata per lumen glorie; neque esse potest lassitudo aut desatigatio in ejus exercitio, cum non dependeat ab aliquo organo corporeo; visio enim, ad quam sequitur, non est per conversionem adphantasmata: denique clara Dei visio non compaticit iudicium erroneum, quod beatus judiceret illi bonum, cessare ab amore Dei ; sed beatus semper habet actum contrarium, quo judicat illi esse bonum, continuo adhærere Deo per amorem, & ab illo nunquam divelli, ita ut non possit voluntas intellectum ab eo iudicio, vel per unum instans divertere : Ergo &c.

Confirmatur : Homo in via necessitatis, quantum ad specificationem ad volendum bonum ut sic, abstractum à vero & apparenti: non verò quantum ad exercitium ; quia fragilitas hominis pro hoc statu non patitur illum operari fine intermittione, nec esse in continua consideratione boni: in patria vero per claram Dei visionem continuo representatur infinita beatitas summa diligibilis, & continens omnem rationem boni satiatiæ appetitus, juxta illud Exodi : Ego ostendam vobis omne bonum: Ergo beatus in patria necessario diligit Deum, non solum quod specificationem, sed etiam quod exercitium, nec potest a tali dilectione cessare.

Confirmatur amplius : Divina voluntas, ex eo quod intellectus divinus videt essentiam suam, determinatur ad amorem sui naturalem & necessarium quod exercitium : Ergo idem dicendum est de voluntate creata, si clares videt divinam essentiam. Probatur consequentia : quia voluntas divina perfectior est, & liberior omni voluntate creata : Ergo si non obstante hac perfectione & libertate, ab objecto infinito determinatur & necessitatur quod exercitium ; idem à fortiori dicendum est de voluntate creata videntis essentiam divinam;